Fragmentarium

ade et possedi lumbare lineum; et po- Jer.
sui super lumbos meos: et in aquam non in- XIII
tuli illud. Et possedi lumbare iuxta verbum 1
domini: et posui circa lumbos meos. Et factum est
verbum domini ad me secundo: dicens. Tolle lum-
bare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos: et
surgens vade ad eufraten: et absconde illud
in foramine petre. Et abii; et abscondi il- 7°
lud in eufraten: sicut preceperat michi dominus. Et
factum est post dies plurimos: dixit dominus ad me.
Surge. vade ad eufraten. et tolle inde lum-
bare quod precepi tibi ut absconderes illud ibi.
Et abii ad eufraten et fodi: et tuli lumbare
de loco ubi absconderam illud ~~ecce~~. Et ecce cor-
ruptum erat lumbare: ita ut nulli usui aptum —
esset. Et factum est verbum domini ad me: dicens. Hec
dicit dominus. Sic putrescere faciam superbiam iuda et su-
perbiam ierusalem multam: populum istum pessimum qui
nolunt audire verba mea. et ambulant in pra-
vitate cordis sui: abieruntque post deos ali-
enos ut servirent eis. et adorarent eos. Et erit
lumbare istud: quod nulli usui aptum est.
Sicut enim adheret lumbare ad lumbos viri
sic agglutinavi michi omnem domum israel et omnem
domum iuda dicit dominus: ut essent michi in populum et in
nomen et in laudem et in gloriam: et non audierunt.
Dices igitur ad eos: sermonem istum. Hec dicit dominus deus
israel. Omnis laguncula implebitur vino. Et di-
cent ad te. numquid ignoramus; quia omnis la-
guncula implebitur vino. Et dices ad eos.
Hec dicit dominus. Ecce ego implebo omnes habitatores
terre huius et reges qui sedent de stirpe david
super thronum eius. et sacerdotes et prophetas
omnes habitatores ierusalem ebrietate; et dispergam
eos virum a fratre suo. et patres et filios
pariter ait dominus; non parcam et non concedam neque
miserebor: ut non disperdam eos. Audite et au-
ribus percipite: nolite elevari: quia dominus locutus
est. Date domino deo vestro gloriam antequam contene-
brescat: et antequam offendant pedes vestri ad mon- 16
tes caliginosos. Expectabitis lucem: et ponet

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1065, fol. [1]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-6s6j/7182/58209)